0510 598(Lit) 107

EXCELLENTISSIMUS AC REVERENDISSIMUS

# D. D. JOSEPHUS DANTAS BARBOZA

*ARCHIEPISCOPUS LACEDÆMONIENSIS.*

EMMINENTISSIMI

D.D. THOMÆ CARDINALIS PATRIARCHÆ

COADJUTOR

*In Sacroſancta Baſilica Patriarchali*

CONSECRATUR.

# EPIGRAMMA

JAM Venit alma dies, jam lux optata reſulget;
Reſpondent votis publica vota meis.
Inſula ſacrato tua tempora cingit honore,
Dignius ut rutilet Pontificalis apex.
Plaudimus en omnes, Præſul digniſſime; lucra
Publica lætitiæ publica ſigna decent.
Gaudia miſcemus precibus, Cælumque precamur,
Ut vitæ faveant aſtra benigna tuæ.
Rumpere dira tuos O' neſciat Atropos annos!
Quin immortales ſæcula longa neant.
Poſſit ut illuſtris venerari Lyſia THOMÆ
Purpurei factis facta ſtupenda tuis.

D. O. C.

Franciscus Jozeph ~~Freire~~,
Ulyſiponenſis.